AÑO IV. MÉXICO, SEPTIEMBRE 1.° DE 1903. NÚM. 1.

Gaceta Oficial del Arzobispado de México.

PERIÓDICO QUINCENAL.

SUBDIRECTOR: PBRO. GERARDO M. HERRERA.

DOCUMENTOS PONTIFICIOS.

DECRERUM.

Approbationis Societatis Missionariorum a Sancto Ioseph in Ditione Mexicana.

Sanctissimus Dominus Noster Leo Divina Providentia PP. XIII, attenta ubertate salutarium fructuum, quos tulit Societas Missionariorum a S. Ioseph nuncupata, domum principem habens in civitate Mexicana, attentisque praesertim commendatitiis litteris Antistitum locorum, in quibus eiusdem Societatis domus reperiuntur, nec non E.mi ac R.mi D.ni Iosephi Calasanctii S. R. E. Cardinalis Vives y Tuto Protectoris, in audientia habita ab infrascripto Cardinali S. Congregationis Episcoporum et Regularium Praefecto die 28 Aprilis 1903 Societatem ipsam, iam amplissime laudatam et commendatam ut Congregationem votorum simplicium sub regimine Moderatoris Generalis, (1) approbare et confirmare dignatus est: praeterea constitutiones praefatae Societatis, prout continentur in hoc exemplari, cuius autographum in archivio S. Congregationis Episcoporum et Regularium adservatur, ad septennium, per modum experimenti, benigne approbavit et confirmavit, prout praesentis decreti tenore tum praedicta Societas tum eius constitutiones respective approbantur et confir-

(1) Cfr. *Anal. Eccl.* Vol. V, p. 484, ubi praeter Decretum Laudis habentur etiam Animadversiones in Constitutiones. *N. D.*